



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vitae Sanctorvm**

complectens sanctos Mensium, Ivlivm Avgvstvm & Septembrem

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Vita S. Amati, Presbyteri Et Abbatis Monasterij Romarici: Ex ea quæ est apud V. P. Laur. Surium. Floruit temporibus Clotharij Regis Franc. anno Domini 617.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42728**

gnatur, luce meridiana clarius testantur.

**ITA S. AMATI, PRESBYTERI ET** *Vide Tom. 3. Annal. C. Baron.*  
*Abbat. Monasterij Romarici: Ex ea qua est a-  
 pud V. P. Laur. Surium. Floruit temporibus Clo-*  
*tharij Regis Franc. anno Domini 617.*

**A** MATVS præclaræ indolis puer in sub-  
 urbio ciuitatis Gratianopolitanæ cla-  
 ris admodum Romanæ stirpis ortus na-  
 tus, patrem habuit Theodorum nomine;  
 cum alijs laudibus tum virtute in pri-  
 oribus, & religione ornatissimum. Qui cum iam  
 ad oblationem filium monasterio oblaturum deuouif-  
 se, Amatum ad Agaunense cœnobium dedu-  
 citur diuinis humanisque imbutus literis de  
 quocumque vitæ genere maturè prudenterque se-  
 re dispiceret. Sed cum puero, deindè viro  
 nihil monastico statu salutarius, nihil ad ani-  
 mi tranquillitatem iucundius videretur, an-  
 tiquèmodum triginta eodem in loco perpe-  
 tuè se studijs & disciplinis exercuit mona-  
 sticus adeoque magis magisque indies diuino  
 amore incaluit, vt intimam assiduo solitudinè  
 cogitaret. Itaque clàm monasterio egressus,  
 haud procul ad excelsi cuiusdam montis rupem  
 se cœtulit. Interim ab Abbate & fratribus ma-  
 gno studio quæsitus, tandem triduano exacto  
 itinere, agrè inuenitur. Repertum orant fra-  
 tres, vt ad monasterium redeat, suaque præsen-  
 tia Abbati cæterisque eius causa anxijis mœro-  
 ribus adimat. Respondet ille: Sinite, quaeso, fra-  
 tres, sinite me in hoc angusto loco mea lugere  
 peccata, & Redemptori meo sedulo inferuire.  
 Cùm

13. Septē.  
 Patria &  
 parentes S.  
 Amati.

Triginta an-  
 nis est mona-  
 chus.

Clam petie  
 desertum lo-  
 cum.

*Victus eius.*

Cum ergo eum à sententia nullo modo deducere possent, quærunt quam sibi velit alimoniam deferri. Quibus inquit; hordeaceus panis & aqua post triduum mihi præbeantur: lautiores verò cibos afferre nolite, ne breui hosti Iudibrio pateam. Abeunt fratres, indicant Abbati repertum Amatam; exponit nouum & horridum vitæ institutum. Mox ab Abbate designatur frater Berinus, qui officiosè illi ministraret. Is accepto pane, vrceoq; aqua pleno, pergit ad virum Dei, eiq; traditis vitæ necessarijs, recedit.

*Vexatur à diabolo.*

Interea viro Dei orationibus intento tentator in corui specie adfuit; ablatoq; pane, aqua effudit. Ea maligni fraude animaduersa Amatus, Gratias, inquit, tibi ago Domine Iesu Christe, qui me productiori vis exerceri ieiunio. Erunt mihi hoc magno emolumento, quandoquidem nihil in hoc mundo geritur absq; tua providentia. Non diu post Abbas missio ad illum artifice, cellulam vel specum ei ædificari voluit. Cumq; imprudenter artifex ligna multò breuiora, quàm structura poscebat, secuisset, accedens ad virum Dei acceptum per imprudenciam damnus ei exposuit. Cui vir Dei; Vade, inquit, filij, vade & rursus metire, noli autem existimare quidquam damni acceptum esse. Tantum esto in fide firmus. Eo abeunte rursusq; dimittente, inuenit, (visu mirabile) tantum ad ligna ultra mensuram accessisse, quatum prius deerat. Aliud quoque miraculum per eum Dominus patrauit.

*Miraculum.*

Cum iam annum vnum aqua illi Berini ministerio ex vallium amnis allata fuisset, ille fra-

trum miseratus penuriam, cunctos aduoca-  
 iussitq; vt secum pariter humi cū fide pro-  
 strati Deum precarentur, vt fontē illis è saxo  
 oppeditare dignaretur. Prostrati orāt finitiffi-  
 precibus surgunt; & vir Dei baculo, quem  
 manu gestabat, petram percutiēs, mox aquam  
 ex petra elicit. Postea verò ea-  
 in rupe exiguū terræ spatium vir sanctus  
 aueniēs, excisis virgultis, agellum tertiæ par-  
 tium modij capacem effecit: qui deindē o-  
 ra & labore eius sedulò excultus hordeum  
 oppeditabat. Porrò infra cellulā mola versa-  
 strennè sese exercebat; ed potissimū, vt oti-  
 somnumque hostes solitudinis præcipuos,  
 fugaret, animumq; in diuinis laudib. per-  
 vigilem haberet. Et quidem cū calceis  
 quam vteretur, tum spatium illud, in quo  
 mendi causa pedes extendere solebat, minu-  
 præcutis lapillis constratū erat, vt eo  
 & carnis tentationes & dæmonis infe-  
 lationes repelleret.

*Ex petra eli-  
 cit fontem  
 aquarum.*

*Luctatur cū  
 somno.*

Cum aliquādò in agello suo fodiendo suda-  
 re, vidit ab excelsa montis rupe, immani saxo  
 repente, repentinum suæ cellulæ imminere exci-  
 dum. Puto equidē id satanæ astu & machinis  
 accidisse. Sed vir Dei protinūs accurrens, ex-  
 presso contrà Crucis signo, In nomine, inquit,  
 Domini nostri Iesu Christi præcipio tibi, ne  
 ulterius descēdas. Iā non longè à recto mansi-  
 culæ aberat saxū; moxque figens gradū, mō-  
 ad miraculum sanè inhæsit: penderq; etiam-  
 num, nihil prorsus domicilium ledens. Et cre-  
 bō alias diabolus cū satellitibus accedēs, mi-  
 nabatur se funditus cellulā euersurum: cui for-  
 tiffi-

*Mirabilis fi-  
 gni Crucis  
 fidei virtus.*

tissimus Christi miles inconcusso & intrepido animo respondebat; Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.

*Psalm. 117.*

Loci illius Episcopus, qui intima ei familiaritate deuinctus erat, cum crebrius virum Dei pro Christi amore paupertatem sectantem inuideret, statuit quadam pecuniae summam pro eius consolatione illi largiri. Cui Amatus Quae tu mihi offers, inquit, optime antistes, et illis tribuenda sunt, quos maior premit inopia. Ego vero, spretis huius mundi impedimentis, sicut nudus est terra egressus sum, ita nudus in puluerem reuertar. Episcopus nihilo minus instat importune, ut munus oblatum non respiciat; sed cum cerneret inexorabilem, pecuniam clam altariolo, in quo sacrificare consueuerat, imposuit. Cum autem nocte exacta, ad sacra peragenda mysteria vir Dei hora legitima accederet, reprobos nummos tanquam hostis tartarei insidias execrans, in profundam, vi magna, abiecit vallem, ita dicens: Dominus pars hereditatis meae; ego his non indigeo. Vestis ei erat ex ueruecum pellibus. Porro in Quadragesimali ieiunio pro quotidiana refectioe post uespertinas laudes quinque nucleis cum exiguo aqua poculo, uilis quidem, sed grata Deo illius mensa instruebatur. Interdum uero tridua, & sepe etiam prolixiora sibi ipsi ieiunia indicens, membris quidem fessus, sed sancti Spiritus gratia plenus, Christo perpetuum exhibebat famulatum. Balnearum fomentis bis tantum toto illic anno utebatur; ante Saluatoris natalem, & eius sacram resurrectionem. Atque haec illi corporis cura.

*Eccè quantum  
abominatur  
Vir sanctus  
pecuniam.*

*Vestis eius,  
Cibus in  
Quadragesima.*

Per id tempus in Vosagi partibus vir prudentia & religione celeberrimus Eustachius Abbas, Italiam lustraturus, ad Agaunense ve-  
 coenobium; vbi cognita egregia Amati vir-  
 tute, eum indè secum Luxouium perduxit: suo exemplo in amplissimo illo monasterio  
 omnes ad ardens virtutis & religionis stu-  
 dium incitaret. Contigit autem, vt ea tempe-  
 rate missus à fratribus quosdam Austrasiano-  
 rum vrbes concionandi gratia, qua plurimùm  
 excellebat, peragraret. Fuit tum vir nobilis &  
 in populo cum primis honoratus, Romari-  
 cus nomine; cuius ad ædes nutu diuino sanctus  
 inuertens, reuerenter & honorificè exceptus  
 fuit. Cumque strata mensa, epulis pariter ac-  
 cumberent, Romaricus, qua erat pietate, aui-  
 dius eo aliquod salutis verbum expetijt. Cui  
 Amatus, vt erat haud vulgari prudentia &  
 dicendi facultate præditus, Cernis, inquit,  
 hunc discum argenteum? Quam multos is  
 antehac habuit, & deindè habiturus est ser-  
 uus. Et tu ipse, velis nolis, eius nunc seruus  
 es; siquidem seruandi causa eum possides.  
 Et ille quidem nunc ex se edentibus æqua-  
 lem nauat operam; sed à te, qui eum nunc  
 seruas, de illo quandoque ratio exigetur.

*Abbas Eu-  
 stachius eum  
 secum ducit  
 Luxouium.  
 Eustachij  
 vitam que-  
 re 29. martij  
 Tom. 1.*

*Iacob. 5.*

*Luca 6.*

Scriptum namque est; Aurum & argentum  
 vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testi-  
 monium vobis erit. Et ipse Dominus ait; Væ  
 vobis diuitibus, qui habetis consolationem  
 vestram Hæc dicente Amato, Romaricus af-  
 fectum diuini spiritus permotus, aliquot diebus  
 Virum sanctum detinuit. Vt latius cum eo de  
 vera salute differeret, & cõsiliu de mutando

*Matth. 19.*

vitæ genere captaret. Cui Amatus; Cùm sis, inquit, & generis nobilitate sublimis, & opibus pollens, & magno insuper ingenio præditus, equidem demiror te ignorare, qua via modoq; ambulandum sit. Sciscitanti quondam iuueni, quid faciendo vitam æternam possideret, respondit Dominus; Si vis ad vitam ingredi, serua mandata; quæ cùm ille à teneris se custodisse diceret, subiunxit Dominus: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me.

*Romarius  
vir illustris  
in disciplina  
monastica se  
votum Ama-  
tos subdit.*

His auditis, Romarius amore & desiderio Dei inflammatus, spretis diuitijs, & generis dignitate contempta, monasticis se disciplinis subdidit; ac totum se Amato regendum formadumque tradidit. Postea verò Amatus institutum diuino vnà cum Romario virginum condidit monasterium: in quo tam copiosum Deo famulantium collegit numerum, vt virgines in septem turmas distributæ, noctu diuque per vices sinè intermissione psallerent: ita vt semper virgines duodecim in vnaquaque turma essent. Ipse verò solitudinis amantiſſimus in obliqua montis parte concauum pro domicilio habebat saxum, corporis longitudini accommodatum; in quod è pendente superius rupem minister ligato ad funem tintinnabulo exigua panis particulam & aquæ haustum certis temporibus demittebat. Dominicis verò diebus indè progrediens, fratribus pariter & fororibus diuini verbi pabula promebat: & errantes consilio in viam dirigebat, lapsosque consolatione erigebat.

*Construunt  
virginū Mo-  
nasterium.*

*Amatus in  
Cocano saxo  
moratur.*

*Dehinc*

Dehinc anno antè obitum suum integro ius-  
 sibi pro lectulo culcitram è cilicio densis o-  
 ram cineribus sterni; vt in ijs pēnitētiæ do-  
 ribus vltimū vitæ actum perageret. Iacebat  
 comoda corporis affectus valetudine, per-  
 uoquē cruciatus dolore, die ac nocte pec-  
 torum suorū, quasi grauissimorum criminū  
 us, à Domine veniam postulabat. Iamque an-  
 no in eo cilicio & cinere exacto, cute & carne  
 nimio membrorum cruciatu exesis, nuda  
 tuebant ossa; cū interim ille de futura Do-  
 mini misericordia securus, in illis doloribus  
 iustificè exultabat. Cumque iam vitæ terminus  
 esset, professione catholicæ fidei ex Epistola  
 Leonis Papæ, quam ad sanctum Flavianū scri-  
 ptam recitata, iussit sibi fodi sepulcrum in ipso  
 basilicæ Matris Dei, huiusmodi cum Epi-  
 taphio ab ipso edito: Quicumque hunc locum  
 orationis ergò introieris, pro anima Amati pē-  
 nitentis hic sepulti, Domini misericordiā de-  
 precari digneris, vt si quid mea paruitas de pec-  
 catis tepidè pœnitendo obtinere nō po-  
 tuerit, obtineat vestra tantorum charitas, sedulo  
 Domini misericordiam deprecando.  
 His ita constitutis, inter mortuis vocibus  
 veniam ab omnibus postulando animam expi-  
 tavit. Tertiò deinde à sepulturæ die fratribus  
 visum apparens, Ne contristemini, inquit,  
 quia me à peccatis absolutum, & Comiter à  
 Domino acceptum: qui non multos post dies  
 vobis omnibus bonis abundare vos faciet. His dictis,  
 disparuit: & Rex paucis post diebus ducentos  
 aureos illis dono misit, locumque illum  
 munificentia ornatisimum, reddidit.

Vide mollē eius calcitrā

En rigidam pœnitētiā.

Epitaphium S. Viri ab ipso compos- tum.

Excedit è viuis.

Apparet fra- tribus.



*Diei solenni-  
tate.*

Post anni verò circulum corpus eius intra bea-  
tissimæ Virginis basilicam receptum fuit: eius-  
que natalis dies solenni dein gaudio quotan-  
nis celebratus, frequenti admodum populorū  
concurſu; vt tanti patris patrocinio fruere-  
tur.

VITA S. AMATI, SENONENSIS EPI-

*Vide Tom.  
8. Annal. C.  
Baronij. &  
Notat. in  
Martyr.  
Rom.  
13. Septē.*

*scopi vigesimi secundi: ex ea qua est apud V. P.  
Laur. Surium. Migravit è corpore anno Salu-  
690. qui fuit Sergij Papa 3. Clodovei verò, ter-  
tij eius nominis Francorum Regis 2.*

*Magnus pro-  
fectus eius  
in litteris &  
pietate.*

*Fuit Clericus.*

**B**EATVS Amatus parentibus non modo  
Christiana religione, verum etiam vitæ  
probitate multum cōspicuis progenitus  
est: qui eum piè educarunt, & in tenera ætate  
literis erudiendum tradiderunt. In quibus ille  
perdiscendis coætaneos suos facile excelluit;  
& quod præstantius multo est, cum doctrina  
pietatem cōiungens, Christi mandatis se ac-  
comodare, die ac nocte illi seruire, & ab omni  
vitio & peccato immunem sedulo se seruire.  
Ita verò constitutus, in Clerum ascitus est: in  
quo ita se comparavit, vt vix quisquam illi si-  
milis inueniretur, qui conseruaret legem ex-  
celsi, tam consummatè.

Porro incrementibus cum ætate virtutum  
incrementis, singulis Ecclesiæ gradibus susce-  
ptis, cum non esset nescius, quanto quis est ho-  
nore præstantior, tanto erga Deum seruen-  
torem esse debere, & sibi ipsi magnam adhibe-  
bat cautionem: & alijs fiebat imitatione admi-  
rabilis. Contigit verò interea Senecium Seno-  
nensem Antistitem humanis rebus excedere.

*Marens*